





# Dissertationes medicæ

1. Alberti de Podagra præservatione
2. Ej: de Podagra prærvanda
3. Ej: de militum valetudine tuenda
4. Ej: de Canitie prematura
5. Ej: de Cætophilia infantium
6. Ej: de cætorum mutatione sub morbis
7. Ej: de partu Serotino
8. Ej: de excrecentia nasi
9. Ej: de natura morborum medicinice
10. Ej: de fate mortuo
11. Ej: de Distringentium perverso in hemorrhagiis  
usu et effectu
12. Ej: de vestitus virtus morborum causis
13. Ej: de Fonte medicato Freyewaldensi
14. Ej: de Medicina Strategica
15. Ej: de Iphiadiet male
16. Ej: de Spinatione hypochondriacorum
17. Ej: de Febrifugorum Selectu et cauto usu
18. Ej: de Aæmoptysi
19. Ej: de Vactis cauto usu medico

- 20 Alberti de Sensibilitate personali  
21. Ej: de Coffee potus usu noxio  
22. Ej: de Panacea  
23. Ej: de Therapia per Dolores  
24. Ej: de Abortus violenti modis et signis  
25. Ej: de Curationibus Sympatheticis  
26. Ej: de Vena Sectionis utilitate in  
gravidis  
27. Ej: de Aere fodinarum metallicarum  
noxio  
28. Coschwarz de Styropypo  
29. Ej: de cleftodo medendi individuali,  
generali non contrariante  
30. Ej: de noxicis ex sepultura in templis  
facta oriundis  
31. Ej: de Diarrhoea bilosa  
32. Ej: de Diarrhoea serosa

25

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO - FORENSIS,  
DE  
**ABORTUS VIOLEN-  
TI MODIS ET SIGNIS,**

*Quam*  
AUSPICE DEO PROPITIO  
*Ex Consensu atque Auctoritate Gratiarum Facultatis Medicae,*  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Ä S I D E  
**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**  
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CON-  
SILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ETC.  
DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotorre suo omnibonoris cultu prosequendo,*  
**PRO GRADU DOCTORIS**  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSuetis  
ANNO MDCCXXX. D. OCTOBR.  
PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI  
SUBJICET

RESPONDENS  
**ZACHARIAS CONRADVS MUTH,**  
MOENO - FRANCOFURTENSIS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRIST HENDELII, ACAD. TYPOGR.

DISSESTITIO INVINCIBILIS MEDICO - TORNEI

DE

# AHORATUS VIOLEN ET MODIS ET SENSIS

Q

AUSTRIE DEO GLORIOSO

IN CIVITATE VENETIAE GIGANTIS TERRAM MALLEUM

IN ALMA REGIA TRIDERICINA

Q

PARADISE

DN D MICHAELIE ALBERTRI  
SVCR MATH REG BORGVS VULGO ET CONSIT MAGDEB COR  
SERVIRIO, MEC ET PAVLO, NATAL PROFESSORE PUBL ORDIN  
DECANO ET SPECIATISSIMO

DOMINA PIA, QVAM QVAM QVAM QVAM QVAM QVAM QVAM QVAM

PRO GRADU DOCTORIB

SUMMISSOR IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE  
GII DOCTORIBVS TERTIIME IMPERANDIS

HONORIS DOCTORIAE CONSUETUDIS

ANNO MDCCXXXI OCTOBRI

HABEAT AC TITICIDE BRUNDITOREM AVENTILATIONI  
SERVICET

RESERVA NUNCIUS

ZACHARIAS CORRADAS MUTH.

MOLIGO TRANSGLOTTOPERIS

ALIAS MAGISTERVOCIS

YPIZ IOR. CHRIST. HENDELI ACVD TYPOCR





## PROOEMIUM.



Quanta commoda ad erigendam, augendam & confirmandam bonam Rempublicam Socialitas humana conferat, innumera comprobant argumenta & exempla: quid porro utilitatis huic Socialitati stabiendi conferat multiplicatio generis humani, ex ipsa prima & illa divina institutione ac mandato *Crescite & multiplicamini* facile elucescit: ob id *Ulpianus L. 10. s. 1. ff. de iustit. & jure* elocutus est: *Si Leges conjunctionem humanae societatis non juvent, eis non serviet vir justus, sed potius societati:* quare *Plato de Republ. Lib. I.* ait: *Rempublicam ornat & firmat hominum accrementum & Socialitatis constantia:* eo quadrant verba ex *Festo a Cælio Rhodigino Lib. 8. antiqu. Lect. prolata: destruunt Rempubl. bellum, pestis, annona, homicidia & propagationis generis humani defectus, cui annumerant crebriores abortus.* Ex-

A 2

inde

inde liquet, quomodo inter alia Reipublicæ detrimenta frivola concepti fœtus abactio recensatur: ob id Petr. Gregor. Lib. 14. de Republ. c. i. scribit: non debet prætermittere Rector Reipublicæ curam inquirendi de prægnantium mulierum utero, ne incuria hac tuti illegitime concubentes metu infamia partus intercipiant, suffocent, aut perdant: & si quas ad hanc impietatem pervenisse determinerit, exemplari pena debet punire, ut aliae abstineant & ne piacula homicidiorum infans committantur, ex quibus non tantum subrabitur persona Reipubl. sed & c. Ex hisce testimonii facile inclarescit quomodo multiplicatio generis humani, utpote eximum adminiculum fornandæ & firmandæ Reipublicæ æstimata sit: hinc Musonius ap. Stobæum Sermone 63. p. 450. eloquitur: Nullos, vel paucos esse liberos civibus inutile judicarunt, Legumlatores; habere autem prolem, eamque numerosam, condicibile judicarunt: quam ob rem mulieribus, ne aborrum facerent, interdixerunt; non obedientibus autem pariam scripsierunt: Ut ut etiam quidam ex antiquissimis Philosophis & Medicis, referentibus P. Zaccchia Qv. med. Leg. Lib. VI. Tit. I. Qv. 7. n. 13. & Balto in tr. cui tit. Patrum Ecclesiæ Sententia de doctrina morali Philosophorum Ethnicorum Lib. II. cap. X. conf. A.E. L. An. 1720. Febr. p. 66. Abortus provocationem impune concederunt & seorsim Zaccchia recenset; apud vetustiores certe Philosophos, non videbatur ea res magni momenti, quia Aristoteles Lib. VII. Politic. cap. 16. licitum facit, ad minuendum filiorum numerum abortum provocare, antequam fœtus ad sensum & vitam perveniat; quod & a Medicis aliis ex causis facilitatum novimus; nam Hipp. noster, vir (quantum dicere

dicere de Ethnico homine licet) piissimus, ab hoc opere non  
 abstinuit: procuravit enim abortum in ancilla quadam, ut  
 ipse refert in Lib. de Natur. Pueror. num. 4. quod tamen de  
 praesenti & divinis & humanis legibus est interdictum &c.  
 Tamen non modo hic author mox adjicit verba:  
*pro homicida habetur, qui procurat abortum & id circa fe*  
*irregularis, porro: humanis & divinis legibus expiandum*  
*bujusmodi peccatum est, quia gravissimum: quo loco*  
*brevissimis notatus, quod inter eruditos quidam*  
*Hippocratem ab imputato hoc adsero & libro immu-*  
*nem declarare soleant, huncque librum Polybio ad-*  
*scribant; cujus sententiae varios authores ac testes*  
*profert Capp. Rejes Camp. Elys. qu. LI. n. 35.* quippe qui  
 author satis erudite hoc thema fusius explicat: *utrum*  
*abortum quovis imprægnationis tempore, vel saltem ante-*  
*quam anima infundatur, propter aliquem casum aut vitæ*  
*periculum licitum sit provocare, ac hac deductione mul-*  
*tos authores nominat, qui in certis casibus abortus*  
*provocationem concedunt: vid. n. 12. 13. 14.* tamen et-  
 iam alios multos profert, qui partum directe abigere  
*profertim si animatus jam existat, execrandum, impium,*  
*nefarium, injustum, juri divino, naturæ, civili & genzium*  
*reductans scelus appellantur: inter quos nonnullos*  
*Pontificios horumque decreta n. 5. allegat: quo loco*  
*tamen reminiscimur illius adseri, quod olim hoc cri-*  
*men arbitrarie provocati abortus inter Pontificios*  
*veniale & mulcta pecuniae remissibile fuerit pecca-*  
*tum, cuius rei testimonium afferit Tractatus Tracta-*  
*rum s. tract. universi juris duce & auctrice Gragorio XIII.*  
*Pontif. max. in unum congregati Part. I. Tomi XV. ubi con-*

tinentur Taxæ Cancellariæ Cameræ apostolicae & præc. fol.  
 376. verba: *absolutio pro muliere, quæ bibit aliquem potum,*  
*per quem destruxit fætum in utero viviscatum g. 5.* sicut  
*Gerardus Noodt lib. de Partus expositione. & nece apud ve-*  
*teres cap. XI. contra Ciceronem refert: quod usu Ju-*  
*ris Romani procuratio abortus a dirioribus fæminis Roma-*  
*quotidie & si fides Juvenali, fere palam admissa & tamen*  
*impunita fuerit: quare idem author contra difficultates*  
*a Bynckersbeek motas in amica sua Responsione indicat,*  
*quo tempore procuratio abortus pro criminе habita fuerit.*  
*conf. A. E. L. An. 1723. Novembr. p. 494. 495.* Nos iterum  
 in hac consideratione Ulpiani tententiam amplecti-  
 mur L. Quæritur, 14. f. 1. ff. de factibus: Maximum ac præ-  
 cipuum munus fæminarum est, accipere ac tueri conceptum,  
 quare frivola concepti fœtus abactio, illicitis omni-  
 que poena dignis aufibus adscribenda est: in qua me-  
 ditatione ex parte arrident verba Tertulliani in Apo-  
 logetico cap. 9. contra Aristot. Nobis homicidio semper inter-  
 dicto etiam conceptum utero dum adhuc sanguis in homine  
 delibatur dissolvere non licet: homicidii festinatio est prohibi-  
 bere nasci, nec refert natum quis eripiat, an nascentem  
 disturbet: homo est & qui est futurus: etiam fructus omnis  
 in semine est: hinc Nicetas Lib. I. de Isaacio c. 3. ait: ne-  
 que interest utrum ipse occidas, an cædis causam præbeas:  
 qualis causa in tali abortus provocatione eminenter  
 occurrit: hinc cum Caranza de Partu natur. & legiti-  
 mo Cap. XVI. n. 65. p. 623. ex P. Molina disp. 27. n. 6. præter  
 prædicta testimonia profitemur: qui impedimentum  
 adhibuit, ne ex congressu conjugum conceptio generative  
 sequeretur, ut homicida teneatur: uti habetur in capite:  
 si ali-

si aliquis de homicida, hoc est, tenetur instar homicidae, quatenus vitam hominis (ne sequeretur) in suis naturalibus causis impedit, quod grave est peccatum, sicut qui hominem interficit, impedit, ne vita illius ulterius progrediatur: & elegans est Ovidii Lib. II. amorum Eleg. 14. meditatio: Quæ prima instituit teneros avellere fœtus, Militia fuerat digna perire sua: Scilicet ut careat rugarum criminè venzer, sternetur pugnæ, trestis arena tuæ? Si mos antiquis placuisset matribus idem, Gens hominum vitio deperitura fuit: Quamvis quidem inter posteros nefaria & arbitraria abortus procuratio pro crimine & flagitio, rigorosa punitione digno, æstimata fuerit, tamen nonnulli casus a medicis imprimis proferuntur, in quibus excitatio & promotio abactionis licita, honesta, necessaria, secura ac salubris declarata & ventilata fuit, in quo judicio tamen periti & conscientiæ Medici quoad imitationem & approbationem caute procedere solent, ne loco promissæ & expectata utilitatis gravia vitæ humanæ dispendia ac conscientiæ stigmata tali ausu ac processu committantur & inurantur: ipse vero Abortus, quia non modo facile, sed & variis modis committi & perpetrari potest, insuper etiam prava illa voluntas, qua deliberato ac nefando respectu fœtus exclusio administrata fuit, sub variis ambiguis causis & respectibus occultari, excusari & sub tegmine fatalis fortuiti accidentis pessimo fuso ac dolo celari potest, ac solet, ita illam tractationem pro themate Inaugurali elegimus, quo ABORTUS VIOLENTI ac non tam culposi, quam dolosi ac nefandi, varios MODOS ac diversa

versa SIGNA indicemus & in tam ardua causa inquisitioni criminali subveniamus, ne patrata facinora inulta relinquantur: huic nostro instituto ut cœlestis Gratia affulgeat, idque ad certum ac exoptatum usum dirigat, est quod devoto animi affectu vovemus & precamur.

§. I.

**P**raesentis tractationis *titulus* promittit commemorationem variorum modorum & peculiarium non-nullorum Signorum Abortus violenter provocati: antequam rem ipsam proponamus, necessitas requirit, quo alias annotationes ac declarations, *titulum* concernentes, proferamus & præmittamus; *Abortus* quidem notatio inter eruditos discrepat, ita ut vel in Sensu latiori & generaliori pro *exclusione fetus imperfeci vel immaturi a causis in & externis violentis excitata accipiat*: sub qua vero definitione facile partus septimestris, octimestris & reliquias *legitimum pariendi terminum anticipans*, comprehendi posset, qualis tamen minus adæquare abortivus nominatur: nam *abortiva fetus exclusio ab ortu & non ab exitu aut fine gestationis vel conceptionis* denominationem suam tenet: *Pæckel in tr. de Crimine Partus abacti* sic definit *Abortum cap. 2. f. 10. quod sit crimen extraordinarium ab homine doli capace commissum, quo quis fatum humanum in utero matris latentem, aut vi extrinseca, aut aliquo pellente intrinseco dolo malo & culpa expellit, vel malo alicujus evitandi, vel lucri capandi gratia;* quæ definitio respectibus juridicis accommodata.

al 13v

modata est: Nec tanti aestimanda est differentia inter *ab-*  
*orsum* & *abortum*, quam prudentes medici λεπτολογία  
 esse judicant, licet *aborsum* appellent exclusionem fœtus  
 in conceptionis exordio, vel prioribus mensibus conti-  
 gentem, *abortum* vicillimi, prope tempus pariendi suc-  
 cedentem, conf. Nonius Marcellus de proprietat. Sermor.  
 cap. 5. Cujacius & Caranza de Partu naturali & legitimo  
 Cap. 16. n. 2. p. 598. nec huic discrepantiae singularem lu-  
 cem affundit Hippocratis locutio, quando Sect. V. aph.  
 44. 45. οὐσιών & ἐντροπῶν de bimestris aut trimestrīs fœ-  
 tus exclusione, sive ut quidam volunt, de *aborsu*, απόλυσι  
 vero, juxta Lib. V. Epid. de partu fœtus mortui decimo  
 mense orto prædicat; quæ posterior maxime incongrue  
 pro *abortu* habetur; neque etiam verum *abortus* sensum  
 exhaustit Semperi definitio Lib. IV. Part. 2. Sect. 6. cap. 2.  
 quod sit fœtus nondum perfecti, neque vitalis, ante legitimi-  
 mum partus tempus exclusio, qualis similiter septimestris  
 & octimestris ex parte & in variis si non pluribus est ca-  
 sibus: proinde Fœtus in sua economia vocem εκπρόσωπου  
 αριστου pro partu accipit; recte itaque Roderic. a Castro  
 de Morb. Mul. Part. II. Lib. 4. c. 4. dicit: inter basce vocu-  
 las aborsus & *abortus* plerique inutiliter distinguunt:  
 addit etiam: quæ enim octavo contingit mense, *abortus* vo-  
 cari non conuenit: hoc addimus significatum Mauriceau  
 de affect. Gravid. Lib. 1. c. 26. *abortus* potest accidere a fine  
 primi mensis, imo nonnunquam antea, ad finem usque sepsi-  
 mi tantum; nam deinceps semper Partus dicendus, quia se-  
 infans satis sit robustus & ad Perfectionem sufficientem de-  
 ductus, vitalis esse potest, at si anticipaverit hunc termi-  
 num, nequaquam: nec oblivioni tradimus Sylvii effatum

in Prax. Lib. 3. cap. 6. quod etiam allegat Bonetus in Poly-albe Lib. V. cap. 26. f. II. p. 273. Abortus nobis est Foetus ante Septimum gestationis suæ Mensem exclusio, sive vivus prodeatur, sive mortuus. Vitalis autem vocatur, non solum qui vivus prodit in lucem, sed qui aptus est permanere in vita, nam qui nunquam observatur diu superesse, quin semper brevi mori, pro virali minime haberi solet, sed pro abortu vel aborriō, potest vero contingere a primo conceptionis momento, usque ad sexti Mensis finem; frequentius quidem observantur Abortus circa tertii Mensis finem &c. præterea Hieron. Mercurialis Lib. 2. de Morb. Mul. c. i. ad mentem Galeni Lib. 6. de morb. vulg. comment. i. Abortum vocat imperfecti fetus ejectionem; alio modo Variandæus Lib. 2. de off. mulier. c. 7. abortum nominat immaturi fetus exclusionem: quam definitionem etiam Musitanus profert de Morb. Mul. Lib. I. cap. XI. p. 482. Mercatus de Mulierum Affectionibus Lib. 4. c. 2. dicit: Abortus est immatura & violentia fetus excrecio: pro curatiori itaque differentia Abortus, Partus Septimestris & octimestris, nec non partus legitimi, appellamus Abortum præter naturalem fetus absolute immaturi intra terminum factæ conceptionis & septimi Mensis nondum circumacti exclusiō nem Bened. Sylvaticus Cent. 4. Caf. 58. p. 344. asserit: Contingit abortus potissimum circa tertium Mensem: ita Partus quinquemestris & semestris abortui adscribendus est, quoniā hæc tempora adhuc pertinent ad perfectionem corporis quoad partes integrantes: hinc ante completum septimum Mensem ut plurimum fetus absolute imperfectus & immaturus est; post illum vero, corpus fetus, quoad partes essentiales & absolute necessarias in reliquo

tem-

tempore octavi & noni Mensis obfirmatur, roboratur & solidiori consistentia instruitur: habet itaque abortus pro objecto & subiecto scutum *absolute imperfectum*, aut immaturum: nam illud tempus a conceptione facta ad finem septimi Mensis in negotio generationis pertinet ad *ortum hominis*: abortus propterea est illud accidens, quod plenarium ortum destruit & ab hoc deflectit, hinc *Isidorus lib. X. etymolog. in princip.* dicit: *abortivum est, quicquid non ortitur, sed abortitur & excidit*: Raym. o Forris de Morb. Mulier. tit. *Abortus* dicit: *Abortus quasi non ortus*: *Primerosius de Morb. Mulier. Lib. IV. c. 6. p. 288.* asserit: *abortus est immaturi minimeque vitalis fetus foras exclusio*: ex hisce conciliationibus Doctorum nunc facile inclaresceret, quid non modo abortus *essentialiter & formaliter sit*, sed & quomodo ab exclusione mole, *fetu mortuo, partu prematuro & precipitato*, nec non *legirimo ac illegitimo* discrepet: quam diversitatem inter alios *Primerosius l.c. p. 288. 289.* allegat, licet ipse etiam in eadem tractatione *abortsus nomine in generali significatu utatur*, sub quo exclusionem scutum *post conceptionem usque in octavum gestationis mensem* intelligit: e Jctis diversas abortus acceptiones collegit *Caranza l.c. n. i. seqq. p. 598.*

## §. II.

Quando porro de Abortu, violento modo provocato, agere constituiunt, tunc ad *tiruli illustrationem* adhuc pertinet animadversio, quod *diversae causae* abortum concitare queant, quorum quædam *morbosis præternaturalibus* qualitatibus annumerari solent, quæ *circa gravidarum intentionem, deliberationem & expectationem adversum* *talem effectum* habent, ita ut *fortuito & inopinato*

eo cum multa animi & corporis afflictione, moesta ac molesta, talis abortus contingat: deinde etiam nonnullæ violentæ, ast pariter *improvise* & haud dolo malo commissæ causæ abortum provocare solent, velut *lapsus*, *compressiones* & *contusiones* abdominis, gravidis aliunde illatae &c. quales causæ titulum nostrum minus directe & proprie concernunt; siquidem de *tali violento abortu* sermonem instituemus, qui *deliberato* animo ac studio, dolo malo variis *in & externe* adhibitis mediis institutus est, qualis *nefandus* ac *illicitus* ausus hodiernis ævis ad *præcavendum manifestum partum*, ad celandam *scortationem*, *stupratiōnem* & *desfloratiōnem* ac conjunctam ignominiam & pœnam, ac arcendum & intercipiendum *vel spuriū* vel *numerofūm* infantem suscipitur & perficitur; unde quidam *ralem* violentum abortum plane *illicitum* adeoque punibilem, ad differentiam *alterius*, quem *licito* modo commotum aut commoveri permīssum aestimant, vocant, licet *posterioris* qualitatis abortus non modo multis *difficultatibus*, exceptionibus & ambiguitatibus subjectus sit, sed aliquando etiam *comparate* violento modo suscitetur: & sicut abortus non modo *dolo* *malō* committi potest, ita etiam *culpa* & *negligentia* aliquando in hoc casu *malitiosa* & proæretica esse selet, sicut a *Jure civili* in hoc casu inter *dolum* & *culpam* non distinguitur, quamvis juxta *Jus Canonicum* ob differentiam inter partum *animatum* & *inanimum* mitius puniatur culpa, quam dolus: quo spectant expressa verba *artic. 133.* C.C.C. fürsätzlicher und boshaftiger Weise: unde nunc inclarescit, quod *violenta* abortus promotio diverso modo ac respectu discrepet: & licet

anti-

antiquiores quidam Medici ut *Varandæus*, *Garcias* aliqui ex *Hippocrate* adstruant, quod quilibet Abortus violento modo decurrat, eaque propter periculosor sit, quam *partus naturalis*, dum aut *luculenta* aut *occulta* vi præmature conceptum projicit, tamen nostro sensu violentus Abortus ratione respectus *finalis* magis cum moralibus & modo notatis causis cohæret, quæ *criminalis* evadit actio, adeoque per eminentiorem significatum *violenta*, coacta animoque *doloſo* ac facinoroſo administrata dicitur *Abortionis*. *Hujus* violenti Abortus certa, genuina, fideque digna nosse multum refert, quæ licet haud cum *morali* intentione ejus personæ *proprie* & *proxime* respondeant & subinde causis & effectibus *physicis* magis quadrent, ut eadem tantum *generalia* sint, adeoque provocationi abortus *doloſæ*, aut *malitioſæ*, ut & *forruiræ* & *inopinatæ communia* existant, tamen veritatem ac *certitudinem facti*, siue Abortus in aliquo ſubiecto comprobant & sub cursu aliarum circumſtantiarum conjecturam ac *suspicionem* malitioſe patrati Abortus ſuſtentant, illuſtrant ac confirmant: & quoniam *diverſo modo* talis abactio exerceri potest, ea propter hoc themate ejusmodi *modos variantes* inquirere & indicare placet: quamvis etiam *processus ipſe* Abortus plurimum *unus idemque* exiftat, tamen *diverſitas morbi* in discrepante *cauſa*, *medio* & *adminiculo* advertenda erit, ex hac differentia cauſarum oriuntur ſatis ſæpe *speciales signorum qualitates*, ut nonnunquam pathematum, abortus ſuccessum comitantium, gradus *acerbiores*, impetuiores & contumacioreſ evadant, inde que etiam numerosiora ſigna aut crinomena magis *manifesta* & *ſenſibus* obvia occurrant, ex quibus porro ad *violetam*

*Ientrum Abortus provocationem certiori argumento ac fundamento concludere & judicare licet; exinde liquet, quod in *Signorum*, abortum comitantium, dijudicacione, nilulo minus *aliqualis discretio* locum inveniat; ad quam discrepantiam hoc nostro labore ex parte animum applicare & attentionem dirigere cogitamus: quoniam vero modi provocandi Abortum ac media admodum differunt variantque, ut in variis casibus necesse sit, tales modos inquirere, detegere & significare, hinc *principum* nostri thematis momentum est, quo illos modos indicemus; quae occupatio causas, quibus abortus talis nefando ausu & destinato doloso ac malitioso consilio provocatus, investigat, commemorat, harumque efficaciam indicat & comprobatur: qui singuli respectus ad *Tiruli illustrationem* pertinent.*

### §. III.

Quid utilitatis de praesenti tractatione promitti & expectari queat, in generali & introductoria ejus commendatione adhuc annotandum erit: quare duplex usus, videlicet unus in *Medicina practica*, alter in *Jurisprudentia Criminali* ab eadem provenit: Medicam quod concernit artem, tunc sciendum, quod illæ causæ, quæ ad arbitrium, aut voluntarium nefandum abortum concitandum quadrant, ex parte ad inopinatum abortum provocandum inserviant, v. g. incongruae, inopportuna & prodigie sanguinis subtractiones, potentes purgationes, vomitus, impetuofæ & vehementes excitations, nimiae sanguinis commotiones, corporis perversi aut nimii motus, abdominis arciores compressiones &c. &c. ex qua notitia medicus peritus regulas therapeuticas formare discit, quibus primo

primo harum causarum efficaciam ad provocandum abortum agnoscit, deinde relationem subjectorum recte inquirit, sub quibus videlicet conditionibus, circumstantiis & qualitatibus tales causae abortum concitare possunt & solent; porro qualis ipsarum causarum qualitas, species ac gradus in hoc aut illo individuo esse debet, si ad promovendum abortum idonea agnoscit & declarari potest, quoniam in penu rerum physicarum nulla hactenus innotuit species, de qua cum promiscua veritate, adsertione & certitudine asseverare, queamus, quod proprie, specifica, directe & proxime abortum procurare posset, quicquid alias de *vino phthorico* *Dioscoridis* & medicamentis *Ebolis*, quorum subjectorum *Anmannus* in *Irenico* p. 84. mentionem injicit, promittatur & praedicetur: hinc amphiboliae illæ & curationes aut effectus accidentales & aquivoci oriuntur, dum interdum de talibus ausibus contrarius asseveratur effectus, qui alia occasione ac in aliis subjectis promptissimam efficaciam in abigendo fetu exercuerunt; siquidem aliquando malitiosæ quedam mulierculæ de *talibus arcanis* gloriantur, quæ in expellendo fetu infallibilem & mirificam operationem exercere debant, es triebt diese oder jene Atheneys so scharff, daß wann zehn Kinder in Leibe wären, sie allesamt fort triebt, oder wann ein Kind mit Eisen in Leib bevestigt wäre, es dasselbe austriebt; quales narratiunculæ aliquando in Libris & scriptis arcanorum in geheimen Kunst-Büchern inveniuntur, eapropter tamen absolute dubitatione, aut negatione illæ observationes rejici haud debent, quæ testantur, quod interdum talia media talesve causæ magnam, certam & promptam efficaciam in abigendo fetu præbuerint: ad hanc

pruden-

prudentem dijudicationem & discretionem præsens dis-  
 quisitio in foro Medico ansam ministrat: In foro vero  
 Iuridico haud minorem utilitatem eadem consideratio  
 confert, siquidem non raro ad *decidendum Abortum*, an  
 ex *instituto* provocatus, an vero *fortuito* & *citra dolum* &  
 culpam ortus fuerit, *Medicorum* iudicia requiruntur,  
 dum *suspectæ* personæ delictum *Abortus* commissum *oc-*  
*cultant* & *negant*, aut simultaneam ac prodigam *Menstrui*  
 fluxus eruptionem, post *simulatam* obstructionem & re-  
 tentionem Mensium morbosam, accusant, abortus vero  
 crimen declinant: *alii* malitiosæ fœminæ *abortum* per-  
 pessum quidem *confitentur*, ast *morbosam* ejus causam, ac  
 involuntariam & *fortuitam* illius rationem produnt, quasi  
 ipsis *insciis* ac *invitis* contigerit, proptereaque eadem *ex-*  
*tra omnem* culpam existant; *alii* suspectæ fœminæ *fal-*  
*laciām* non causæ ut cause committunt & abortus per-  
 pelli *innocentem* allegare sciunt causam sive *moralem*, vel  
 ut metum, angorem, imaginationem, tristitiam, sollicitu-  
 dinem, terrorem &c. sive *physicam*; in qualibus casibus  
 Medici requiruntur, ut indicent & decidant, an in per-  
 sona *questionis* ab eadem allegata causa *Abortus* provenire  
 potuerit, quid quod interdum *tales* occurrunt casus, in  
 quibus sub *conciliatione inspectionis* & *visitacionis* suspe-  
 ctæ personæ *Abortus* & Mensium fluxus distinguendus  
 est; aliquando reperitur quasi *corpus delicti*, quando su-  
 spectæ fœminæ *ex utero* cum sanguinis profluvio proje-  
 cerunt *fructum deformē*, de quo ambigitur an *verum con-*  
*ceptum* constitutat; aut invenitur *suscipitum medicamen-*  
*tum*, de quo præsumitur, quod ad *conceptum abigen-*  
*dum* adhibitum & efficax fuerit: aut occurrunt casus ubi  
 fœmi-

fæminæ, de graviditate suspectæ fuerant, quæ *confessim*  
*figna imprægnationis perdidere*, ut deinde inquisitio insti-  
tuatur, an hæc persona *aborum* perpesta fuerit, an *pe-  
pererit*? qui singuli casus satis confirmant, quod *hu-  
jus thematis curatior deductio in Jure Criminali & pro-  
cessibus inquisitionalibus* haud exiguam utilitatem pro-  
mittat.

## §. IV.

In Decisione Abortus, *violentio & nefario modo pro-  
vocati*, ante omnia Personarum curatior habenda est ratio,  
in quibus *causæ naturales* attento animo conferendæ sunt:  
in genere quidem Abortus facilius *violentio modo provo-  
catur* in fæminis *junioribus*, in quibus *vigor motuum in  
excedentes gradus pronior*, insuper etiam in *evacuationes  
ordinarias & extraordinarias*, citius & *largius administrandas*,  
proclivior est, nisi aut valde *torpidum temperamen-  
tum, connata æque ac naturalis generandi voluptas &  
distantia propensio in certis subiectis concurrat, aut sin-  
gularis facultas, ab ordinario statu declinans, in certis  
subiectis contingat, qua humores aliaeque functiones ex-  
cretoriae magis rerinentur*, eamque ob causam in *tali ætra-  
te conceptus fetus firmius continetur, quæ causæ & ad-  
huc aliae cum ordinaria ratione economiæ naturalis haud  
commiscendæ sunt: quemadmodum vero secundum  
communem observationem *tenerior aut junior fæminarum  
ætas facilius in ordinario Mensium & extraordinario in-  
gravidationis statu a causis levioribus alterari solet*, ita tan-  
to magis a *potentioribus in simili statu offendit & ad abor-  
tum disponi affloet: proinde ratio habenda est tenerioris & debilioris corporis constitutionis, undecunque etiam**

C

hæc

haec posterior provocata sive *connata* sive *acquisita* & *adventitia* fuerit, ob quam fetus *conceptus* facile iterum *projicitur*, inde est cur *juniiores* & *debiliores* *fæminæ* non modo *morbosam* veluti gestationem fetus patientur, sed & *difficilem* partum experiantur, aut *abortum* & *fætum mortuum* facilius sustineant, ac proinde ex ejusmodi *anomaliis* non raro in *hæcicam* incident & *præmatura* morte extinguantur; præterea in *fæminis* observanda est qualitas *Sensibilitatis* majoris, qua quoad *animi* operationes & motus in *vitæ* ac *sanitatis* processu consuetos & necessarios, *præceps*, *opera* & in *excessus* prona est illarum natura, ut propter hanc *Sensibilitatem* non modo ex *levi* causa facile *abortus* contingere, sed plane *iterata* vice & periodice recurrere soleat, quam considerationem *Celeb.*  
*Dn. D. Stablius* in *disp. de Abortu & fætu mortuo* commendavit & quæ passim ab *observatoribus* notatu dignis historiis & exemplis confirmatur: ad hanc animadversionem referri meretur, consideratio *hæreditaria* dispositionis, quando talium *fæminarum* matres vel *impetuosis*, *simultaneis* ac *prodigiis* *Mensum* eruptionibus, vel *aliis* horum *anomalii*, vel variis *pathemariis* in negotio *conceptionis* & *gestationis* subiectæ, vel *sub imprægnationis* statu *suspicio* *sanguinis* fluxui *uterino*, vel *abortui* *obnoxiae* redditæ fuere, quæ qualitates aliquando in *filias* propagantur, adeoque *proclivitatem* ad *abortendum* causantur, quæ non modo per causas *lenes*, leves ac tacitas, sed tanto *certius* ac citius per *violentiam* excitatur: quando etiam quædam *fæminæ* alias in *Mensum* negotio variis santicis turbis & *irregularibus* qualitatibus subiectæ fuere, videlicet, *difficili*, aut *nimio*, aut *inor-*

*in ordinato illorum successu, nec non insolite retentioni & supervenienti simultaneae ac vehementi eruptioni, tunc in talibus feminis quaelibet cause facilis abortum provocare solent, id quod tanto magis de voluntaria & violenta ejus promotione valet: quaecunque feminæ vehementioribus ac crebrioribus animi pathematis subjiciuntur, illæ non modo in Mensum ordinario processu, sed & in statu gravidatis & connexis processibus, variis ataxis & alterationibus obnoxiae redduntur, in quibus capropter causæ leviores facile & efficaciter abortum provocare solent: quando porro feminæ quædam molesta sanguinis copia onerantur, aut nimia ejus subtilitate præditæ sunt, quæ utraque ad varias irregularis commotiones facilem anam præberet, tanto magis quando in eis modi subjectis frequentiores & impetuosiores ebullitiones contingunt, tunc in iisdem quælibet cause citius abortum excitare solent: quando quædam feminæ distinctam aliam proclivitatem aut ad vehementes & prodigas excretiones cuiusvis speciei, aut ad suscipiendas morbos alteraciones possident, tunc eo facilis ad abortus subeundos habiles sunt, eo magis vero, si statariis offenditionibus morbos subiectæ sunt: quaecunque feminæ facile & frequenter fluorem album experiuntur, illæ sub reliqua corporis teneritudine animique sensibilitate facile abortum experiuntur: si nonnullæ feminæ hystericas insultibus, aut distincta sensibilitate & debilitate in locis uterinis præditæ & afflictae sunt, tunc facilis a quilibet causa ad abortum disponuntur: multæ feminæ, quæ antehac gravioribus morbis aut copiosis, tanto magis incongruis medicamentis & experimentis, præcipue purgantibus, missionibus sanguinis & narcoticis enervatae, nec non quæ modo abor-*

tum, aut *laboriosum* ac *difficilem partum* perpeſſæ fūt, illæ in futurum ex *levi* etiam cauſa in *novum*, imo in *plures* incidunt abortus, tandemque plane *sterileſcunt*: quæ porro *superfluæ* alimentorum ingestioni, aut vietiū *primis viis* multas turbas inferenti, aut *ebrietati*, potui *spirituofō*, alimentis & potulentis largiter *nutrientibus*, fanguinem valde commoventibus, subinde vel vita generi valde *ſedentario*, vel *nimis mobili* & *fortioribus* corporis commotionibus & exæſtuationibus occupato, deditæ fūt, illæ facile actuales abortus patiuntur: quæcumque præter statum *eminenter plethoricum*, *præſentem*, ac *dīetam* ſuſpetatam, regimenque incongruum, *frequentem*, vehementem & *lascivum congressum carnalem* exercent, illæ perinde facile abortiunt: hoſce respectus placuit in genere significare, ſecundum quos fæminæ, de *Abortu violento* & *ſceloſto* modo provocato ſuſpetatæ, dijudicari aut in processu *inquisitorio* examinari, exquiri & comparari debent.

Modos quod nunc concernit, quorum nonnullos ſpeciali labore significare lubet, tunc horum quidam ita ſunt constituti, ut haud singulari & ſpeciali *suspitione* notati & diſtincti ſint, qui *quasi innocentes*, aut plane *incipites* aſtimari poſſunt, quales tamen ſub iuſta conciliatione circumſtantiarum omnino ſub *culpa* hærent: & quamvis de aliquibus horum modorum ac mediorum juxta observationem medicam aſſeverari queat, quod in *quibusdam fæminis ſimilem effectum* haud probaverint, i. e. *abortum minus* provocaverint, tamen curatior *relatio* & *conciliatio* ſubjectorum cum ejusmodi mediis instituta utique teſtatur, quod talis modus in *nonnullis fæminis dabilis*, poſſibilis, *efſigax*

fecax & valde promptus existat: utut etiam vulgo decla-  
 mari solet, quod diversa media abortum excitare nequeant,  
 nisi in feminis certa ad illum subeundam dispositio adsit, ta-  
 men hoc refugium non paucis paralogismis ac difficultatibus  
 obnoxium est; etenim quædam dispositio est *abstracta* &  
*generalis* ut & *ambigua*, alia vero *proximior* & magis *cobau-  
 rans*: prior ad *varias morbos* afflictiones accersendas in-  
 servit, quod vero in talibus subjectis *abortus* consequatur,  
 causis utique illis tribuendum est, quæ *talem dispositionem*  
 ad *abortum* subeundum, aut *faciunt*, aut *accelerant*, aut *ad-  
 juvant*: ita v. g. *nimia sanguinis copia*, non est dispositio  
*genuina* & *propria* ad *abortum*, dum vel multæ dantur *val-  
 de* *plethora* & *feminæ* *gravidæ*, quæ tamen *nunquam* abor-  
 tum patiuntur, aut in quibus *aliis* plane morbos affectus  
 obtingunt: in hisce itaque *talia* media usurpata ad *abortum*  
 hanc qualitatem disponunt, indeque *dispositionem* *abortien-  
 di* efficiunt: qui respectus minime, ut quidem aliquando  
 solet, *confundi* debent, dum illi qui *structura corporis*, aut  
 reliquæ ejus *constitutioni materiali* *nimum* favent, *inverso*  
 plane concludendi & *judicandi* ordine supponunt, quod  
 hæc *dispositio* reliquas causas *adventicias* ad *abortum* promo-  
 vendum *dirigat*: hinc non raro accusatio certæ dispositio-  
 nis corporis, in substrato casu, præter *cassam* & *sonoram*  
 vocem, *nihil* *realitatis* ac *utilitatis* confert, quando videli-  
 cet eidem *promiscue* *principalis* vis adscribitur: interea non  
 negamus *proximiorem* *dispositionem* ad *abortus* provocan-  
 dos efficacem, quæ vero non in affectione *crasse* aut *nude*  
*corporea*, sed in *peculiari directione* & *applicatione* *motus*  
 consistit; qualis causa modo *bæreditariam* *dispositionem*  
 complectitur, modo consuetum *vigorem* *circa excretiones*

Æterinas efficacem, modo acquisitum *babitum quoad reperi-*  
*tionem abortus &c. comprehendit; modo concursu pa-*  
*thematum hysterorum nititur, modo naturalem torporem*  
 aut *aversionem in facultate conceptionis & gestationis conti-*  
*net, unde quædam fæminæ aut facile & frequenter sponte*  
*abortiunt, aut iterata vice mortuum fœtum pariunt, de quo*  
*casu dicere solent, dieses Weib könne kein lebendig Kind zur*  
*Welt bringen, aut embryonem suum ad naturalem termi-*  
*nūm non tolerant & continent, sed præmaturo partu exclu-*  
*dunt: Et quando medicas historicas uno alterove loco re-*  
*ferant, quod in illo fæminæ facilis & frequentius abortum*  
*pariantur, (uti Fridericus Bonaventura de oblimestri Par-*  
*tu Lib. V. c. 60. refert, & Aelianus de animalium historia*  
*Lib. 12. c. 17. testatur, quod in austrienis regionibus & tem-*  
*pestatibus fæminæ facilis abortant; quo spectat observa-*  
*tio, quod in Zona torrida & servida fæminæ ægrius concipi-*  
*ant, rariusve pariant, aut magis infecundæ esse soleant:*  
*conf. Albertus M. & ex eodem Welschius in Hebammen-*  
*Buch Part. II. c. 18. p. 375. Mercurialis Lib. II. de Morb. Mul.*  
*c. 1. de Abortu, quam observationem illustrat Hippocratis*  
*sedula annotatio, qua in Lib. de aëre, aquis & locis s. 26.*  
*text. 4. dicit: Si hyems australis sit & pluviosa & clemens,*  
*ver autem boreale & siccum & tempestuosum, primum qui-*  
*dem mulieres, qua uterum gestant & partus ipsis ad ver in-*  
*stat, abortus facturas verosimile est; quam adsertiōnē Hip-*  
*pocratis Sect. 3. apor. 12. non ut probabilem, sed ut proba-*  
*ram affirmat ac proponit: quo spectat observatio Riedlini in*  
*Lin. Med. An. 4. Mens. Sept. obs. 29. p. 799. sub titulo *abortus**  
*fæminis Venetianis frequens, cum qua conciliamus affer-*  
*tum Roder. a Castro de Morb. Mulier. Lib. 4. c. 4. p. 285. 286. ab-*  
ortum

ortum provocant --- arcta alligatio, qua fæmina plementum utuntur, ut corpori venustatem concilient, in quem etiam usum affulsa lignea s. eburneas ac etiam ferreas Venetæ, Anglicæ ac Antwerpenses ad sternum & pubem haud sine fatus derrimento subiciunt, conf. Mercurialis de morb. Mulier. Lib. 2. c. 1. ubi de abortu agit, & ad Avicennam & Albertum M. provocat;) tamen ut plurimum sub curationi scrutinio certe causæ naturales vel ex aeris constitutione, vel ex Diæta & regimine, vel ex moribus &c. reperiuntur, quæ ad abortus tales accelerandos & accumulandos contribuunt, quo aliquando generalis quædam corporis constitutio referri potest, quando quædam fæmina vel nimis graciles, vel corpore exiguo & tenero præditæ, vel nimis arcto peccore & abdomen instructæ, vel fortioribus commotionibus sanguinis obnoxiae &c. sunt; ut itaque haud obscuræ aut obscuræ causæ accusari & supponi debeant.

## §. VI.

Ut ut vero passim mentio remediorum abortum provocantium occurrit, tamen in eo judicio omnes periti Medici consentiunt, quod talia remedia, quæ directe, proxime, positive, proprie, necessario, infallibiliter, abfolute & constanter abortum provocare queant, nullibi reperiantur & nunquam inventa ac probata constent; sicut alia medicamina analogæ qualitate cognita sunt, quæ Menes, Lochis, Hemorrhoides &c. proprie excitare haud possunt: quemadmodum tamen ex uno alterove deficiente ac deficiente effectu remedii vomitorii, purgantis, diaphoretici, diureticæ, salivantis, nervini, adstringentis, sedantis &c. haud conclusio valet, ergo non dantur remedia emetica, cataractæ &c. ita ex eo effectu, quo media ac remedia quædam ab-

ortus

*ortus provocationi dicata, alterius aut contrariae operatio-*  
*nis & qualitatis esse conspiciuntur, haud judicare conve-*  
*nit, ergo non dantur media abortum promoventia: Mani-*  
*festæ sunt observationes, quod Abortus nonnunquam diffi-*  
*culter promoveatur, quam animadversionem attentioni*  
*commendavit Riedlinus Lin. Med. An. i. Mens. Mayo obs. 22.*  
*p. 145. & quam longiori discursu profert Albrechti in A.N.*  
*C. dec. 2. an. 8. obs. 165. de difficultate abortum vel directe vel in-*  
*directe provocandi; attamen pro diversitate subjectorum,*  
*nec non operationis ac relationis remediorum, non pauca*  
*experimenta medicamentosa ad abortus provocationem*  
*contribuere possunt & solent: interea in hoc casu circa ab-*  
*ortus decisionem prudentia, perizia ac conscientia opus est;*  
*nihilominus intra tam artos ac ambiguos cancellos abortus*  
*provocatio restringi hanc debet, alias facile juxta nimis be-*  
*nignam dijudicationem provocationis abortus, quam cit-*  
*loc. protulit Albrechti, quilibet Advocatus quaslibet fa-*  
*minas, quæ malitiose & dolose abortum excitarunt, defen-*  
*dere & ut innocentes declarare & salvare posset; siquidem*  
*excusatio illa locum obtinere posset, quod adhibitum expe-*  
*rimentum, aut medicamentum abortum haud provocaverit,*  
*sed aliae causæ & circumstantiae, quarum forsitan ipsa mulier*  
*non amplius recordatur, fortasse vomitus, sublevatio pon-*  
*derosi cuiusdam oneris, corporis motio vebementior, saltatio,*  
*excandescens animi terror, aut plane ipsa imaginatio &c. ut*  
*adeo innocentiphamaco præter meritum effectus ille adscri-*  
*bi nequeat: cum tamen constet, quod aut omnes aut plu-*  
*rimæ harum circumstantiarum sub arbitrio malitiosi animi*  
*stent, ut destinato confilio, singulæ illæ causæ provocari,*  
*conciliari, cum adhibitis remedii combinari, accumulari,*  
*eoque*

eoque certius abortus excitari & pro intentione præcipitari queat: interea vero in ejusmodi casibus tales circumstantiae non *præsumi* aut *præsupponi*, neque mentibus suspectarum fæminarum insinuari, aut suppeditari debent, ne astuta personæ ejusmodi *refugia* amplectantur, *doloſo* animo ad easdem circumstantias provocent. & *protectoriū* in iisdem sub *mala* cauſa querant: siquidem tales casus in foro *criminali* constant, ubi fæminæ de *abortione* & *infanticidio* suspectæ, ad graves *lapſū* & violentas *contuſiones*, *fortuito* per pessimos, *temere* provocant, nec tamen ejusmodi offensiones ullo modo probare possunt: & tales *anticipites* casus reddunt medicos *circumſpectos*, ne iudicio se *præcipitent*, indeque fæminas *innocentes* condemnationi submittant, aut astutas, *doloſas* & malitiosas facile *absolvant*, sed quo singulas circumstantias, tam quoad *personas*, quam quoad ipsos *casus* provide scrutentur & concilient; ita paulo facilius vel *ambiguum*, vel *poſſitivum* iudicium formari poterit, ne in ullo *extremo* peccamus, sed *firmitori* fundamento nitamur, *artisque* medicæ *certitudinem* confirmemus, ac ab *inconsultis dubitationibus* & *conjecturis* liberemur. Denique illa media, quæ in multis fæminis *innocentibus* *citra intentionem* abortum provocarunt, etiam in aliis *suspectis* personis sub censuram & iudicium veniunt, an non illa intentione adhibita, quo abortum promoveant, etiam *actu* talim ablationem provocaverint: addimus itaque verba Riedlini *Lin. Med. An. 2. Apr. obs. 14. p. 174.* quod difficulter admundum partus promoveatur, anno præterito jam indicatum fuit; nec defuere interea plura huius rei exempla: eo ipso rāmen nolim te credere, me omnino negare abortum pro-

D

moveri

moveri posse, quod enim difficulter fit, eo ipso rōmen fieri  
 potest. collo audito ibonate nō tōtū rōmen rōspōdū  
evidēntēm spōtū inodū §. 1. VII. Avulvē mōtū  
ab in Quod abortus periculōsior fit, quam partus multi  
 restantur medici conf. Hipp. de Morb. Mul. &<sup>et</sup> de superficie.  
 Musianus de Morb. Mul. c. XI. p. 482. 484. Mauriceau de  
 Morb. grāvid. Lib. I. c. 26. Ejusd. aphorism. de Gravidit. &  
 partu apb. 137. 154. 157. Welschius in arte obſetr. Part. II. c. 20.  
 p. 382. Rejēs Camp. Elys. qu. 51. Sennertus de Mul. Morb. ubi  
 de Abortu in Prognosi agit. Roderic. a Caſtr. de Mulier.  
 Morb. sub tit. Abortus, Primerosius de Morb. Mul. Lib. 4.  
 c. 6. p. 296. Zaccbias L. 3. tit. 4. qu. 1. n. 17. Bohnius de abortu  
 salutari. Job. Raymund. a Fortis de Morb. Mulier. tit. Abor-  
 que opera abortum urgent & impellunt: nonnullæ ita-  
 zus, Heurnius de Morb. Mulier. c. 7. p. 41. Mercatus,  
 Mercurialis, Ettmuller & multi alii: hoc tamen non  
 obstante ſcelēta quēdam fēminæ crudeli consilio in ſua  
 viſcera, ſuamque ſanitatem ſeviunt, ac conſulto data-  
 que fēminæ occulto modo remedia drāſica purgan-  
 zie, emēcia & ſanguinem vebementer commoventia inge-  
 runt, quæ in ſubjectis ad ſanguinis plenitudinem, hujus-  
 que facilem & fortem commotionēm, ut & largiorem ejus  
 evacuationem aliasque liberales & copioſas excretiones  
 pronis, aut ſanguine ſubtili valdeque mobilis preditis ac  
 crebrioribus ſpasmis, in abdomen affigentibus, obno-  
 xiis, facilius abortum cauſari ſolent, tanto magis ſi fēmi-  
 næ aut animo ſenſibiles, aut corpore teneræ valde ſunt,  
 licet aliae, corpore firmitori instructæ, ſanguine vero val-  
 de turgide eaque facile abortum pati ſoleant: (tale judi-  
 cium de abortu per incongrua remedia provocato profert  
 Zettmannus Med. For. Cent. 4. Caſ. 64. p. 972.) etenim ſpa-  
 fticæ

si<sup>c</sup>a illæ commotiones & partim copiose affluxus humo-  
 rum ad iæstina, partim perturbatus sanguinis progres-  
 sus in abdomen, quales per fortiora evacuantia provo-  
 cantur, utrum valde offendunt, nimia sanguine obruant,  
 ad similes spasmus alliciunt & per confessionem contentum  
 fatum expellere adjuvant: tali modo excitatus abortus,  
 prodigas ac diuturnas uterinas Hæmorrhagias, atrocissi-  
 mos spasmus continuantes, hysterico - colicos, ominosas  
 morbosas consecutiones, gravissimas virium prostrations,  
 brevi increbescientem corporis extenuationem aut contabe-  
 scientiam & valde suspectam impallescidentiam causatur; cum  
 hisce signis conjunguntur præjudiciosi orgasmi sanguinis,  
 angustationes in abdomen affligentes, animique deliquia,  
 nec non repentina vulnus eximie morbosæ mutatio, ac gra-  
 ves cardialgie große Herzens Angst, narium & menti ex-  
 tenuatio, temporum & oculorum collapsio, horumque ob-  
 securatio &c. conf. P. Zaccbias Lib. 3. tit. 2. qu. 9. n. 3-6. si  
 itaque Medicus requiritur, ut de suspectis Personis inqui-  
 sitionem, inspectionem & relationem ineat & instituat,  
 ad hæc pariter indicia animum dirigere debet: quo tamen  
 etiam spectat consilium Primeroſi Lib. IV. cap. 6. p. 296. si inter-  
 dum Medicus, ait, a Magistratu consulatur de abortu recens  
 facto, patere is poterit, si loci muliebres adhuc madeant,  
 siveque aperti; at nisi recentissime factus sit, nihil certi pro-  
 nunciari potest, quia redeunt partes ad naturalem angusti-  
 am: hue referimus B. Bonni verba in tr. de Off. Med.  
 dupl. P. 2. c. 6. p. 674. abortum concitarum fuisse ac contigif-  
 se, pariter in quibusdam individuis aliquando difficulter di-  
 gnoscitur: i. e. quamvis hoc commode sati satis sit, si factus  
 abactus major ac perfectior extiterit, minoris tamen ac im-

maturioris, seu qui secundum, tertium &c. gestationis mensem nondum attigit, signa vix æque manifesta s. certa sunt & frustra indagantur: Cum ejusmodi præmatura conceptus s. embryonis exilioris exclusio aliquando parturientibus ipsis vix sensibilis, s. evidens sit, ut illis interdum non plus, quam eruptionis Mensum hactenus suppressorum, rationem habeant; nisi forsitan ex gestationis præcedanea, signis & mammarum notabili a lacte turgescentia, abortum recentem admodum augurari liceat: & quod enarratis conjecturis addit Zaccbias, quasi abortum, technis concitatum febris ac inflammatio genitalium similiaque symptomata semper & necessario excipiunt, fallit; quatenus nec perpetua, sed rariora hæc sunt, nec si existant, de illo infallibiliter restantur: attamen hic Zaccbias Lib. 3. tit. 2. qv. 9. n. 1. ab initio ita loquitur; junioris abortus signa perquirere manus labor mibi videtur, cum aliquando ita de facili contingat abortus in primis mensibus, ut difficiliorum ipse mulieres experiantur interdum menstruorum purgationem: conf. Caranza c. 16. qui similem confessionem n. 19. ex Vandæo & Giorba allegat: cum hisce Signis prægressi abortus conferri merentur reliqua indicia, quæ omnibus aliis abortiendi modis communia esse solent, velut flaccida & rugosa abdominis constitutio, gracilis & flaccidæ tanta pendula mammarum, amplitudo vaginalæ uteri, turgida labiorum vaginaliæ mollities & inflatio, internum uteri antrum, sive orificio illius quadantenus parulum, facilis manatio mammarum, fætor ex uterinis locis exspirans, detumescens lumborum & iliorum & subitanea abdominis extenuatio, post præviā ejus inturgescentiam, incessus fæminarum ad latera titubans, ac torpidus & vacilosus;

*lans, pedum inferiorum aliqualis rumor, extremorum alter-  
nans rigor & refrigeratio, venarum superficialium & alias  
conspicuarum evanescens, manum pallor &c. quæ  
singula indicia judiciose & collective observata omnino su-  
spicionem de prægresso abortu firmiores reddunt: quo  
loco adhuc notamus, quod prædicta ominosa pharmaca  
ingesta facilius juniores, quam adultiores fecerunt ad  
expulsionem promoveant; deinde adhuc sciendum est,  
quod faeminae arctioris ac depressi thoracis, abbreviatique  
ventris facilius in genere & æque facile ab usu talium re-  
mediorum abortiant; quare etiam Philipp Pœu dans la pra-  
etique des accouchement assveravit, quod gibbosæ ac clau-  
dicantes raro abortum evitare soleant conf. Aet. Erud. Lips.  
Suppl. II. p. 471. præter hæc necesse etiam erit, ut brevi  
post suspectum & præsumptum abortum illius indagatio,  
inquisitio & haec tenus commemoratorum signorum anno-  
ratio, detectio, conciliatio & dijudicatio instituantur, quo-  
niam post diuturniorem moram totum judicium valde an-  
ceps ac dubium redditur.*

§. VIII.  
Quod Primerosius l.c. dicit: reperiuntur multæ mu-  
lieres, quibus tam arcta fetus adharet, sive que fetus vin-  
cula adeo valida, ut nulla externa causa possint, abortire,  
quantumvis id conentur: sicut aliae sunt adeo debiles, humi-  
dae laxæque, ut fetus levissima de causa elabi sinant, p. 292.  
id sub justa interpretatione & restrictione de sanguinis  
missione, utpote medio ad promovendum abortum ido-  
neo, valet: ut ut enim plurimi medici testentur, quod  
subtractio sanguinis abortum provocare queat, soleatque,  
tamen hæc veritas non indiscreto respectu accipi debet;

hinc in multis fæminis reperita V. S. abortum præcavet,  
 quo inter multas alias observationes, unam tantum aut  
 alteram referimus, videlicet, de Abortu V. S. ne singulis  
*Mensibus instituta, præservato apud Riverium Cent. i. obs.*  
*53. de Abortu V. S. ne ter instituta præservato, apud Henric.*  
*ab Heer obs. 14. quare Zacut. Lusit. in Med. Princ. Hist.*  
*Lib. 3. hist. 13. dicit; quod abortus non semper sequatur V.*  
*Snam & Riedlinus observatione quadam confirmat, quod V.*  
*Sio in pede non semper abortum promoveat. Lin. Medic. An. 2.*  
*Mens. Febr. obs. 23. p. 89. quemadmodum autem posteriores*  
 observationes æque minus universales, sed magis individuales sunt, ita vicissim vera est medicorum adsertio,  
 quod V.S. in variis fæminis abactionem causetur; hinc  
 laudatus Riedlinus l.c. An. 2. Mens. Apr. obs. 14. p. 174. ali-  
 um profert casum de abortu crebriori V. S. ne promoto: Si  
 itaque fæminæ quædam ob ætatis, virium, sensibilitatis,  
 temperamenti &c. rationem largam sanguinis jacturam  
 perferre haud possunt, tunc facile ab artificialibus aut co-  
 actis missionibus sanguinis abortum patiuntur: ob id et-  
 iam Medici aut immodicam, aut incongruam V. Snem in  
 gravidis abhorrire & denigrare solent: quando vero vi-  
 cissim fæminæ quædam viribus robustis instructæ, appen-  
 situ vegeto præditæ, nec valde sensibiles, ad plethoram  
 coacervandam & tolerandam dispositæ, nec non largis  
 sanguinis evacuationibus sine danno admittendis, adsue-  
 tæ sunt &c, tunc evacuationes sanguinis arte, aut delibe-  
 rato studio admissæ, abortum haud ita facile provocare  
 solent: quam ob rem prudens medicus in quolibet casu  
 ejusmodi medii exhibiti efficaciam semper ad qualitates  
 individui estimare & dijudicare debet: quare missions  
 onis D sangui-

sanguinis in gravidis quoad relationem ad subjecta, nunc  
 incipites, nunc innocentes, nunc noxiæ, nunc salubres  
 esse possunt: nec sufficietes desint rationes, cur in ejus-  
 modi subjectis V.Snes largæ & crebrae abortum excitent;  
 ut propterea æque virtuosa illa sit argumentatio a particu-  
 lari ad universale directa, quando in quibusdam fæminis  
 V.Sio repetita nullum abortum provocavit, quasi propter  
 ea ejusdem qualitatibus in omnibus esse debeat, ac si vicis-  
 sim ex opposito conclusionem formare placuerit; & licet  
 primis Mensibus Graviditas paulo facilius largiores san-  
 guinis subtractiones perferat, tamen in variis subjectis,  
 ejusmodi qualitatibus præditis, quarum supra mentio-  
 nem fecimus, nihilominus illis temporibus administrata  
 aut larga aut repetita V.S. æque facile abortum excitare  
 potest & solet: Et hæ animadversiones de singulis aliis  
 sanguinis profusionibus valent, quæ in gravidis obori-  
 untur, præcipue de illis, quæ coactæ, impetuosa ac vio-  
 lenta ratione provocatae sunt, sicut sunt Hæmorrhogia uteri-  
 nae, insolite Mensium eruptions aut Hæmorrhoida-  
 les incongruae & inconsuetæ cruentationes, quas plurimi  
 Medicorum, e quibus Hildanus Cent. 3. obs. 59. Hollerius  
 Sect. 3. apb. 12. p. 245. in Hipp. Musiranum, Sennertum, tantum  
 commemoramus, expavescunt, quæ singulæ, per quam  
 irregulares motus sanguinis orgasticos, congestiones & spa-  
 smos in consilio tenent, adeoque hanc abortivam excre-  
 tionem facile causantur: & sicut ratio media non defici-  
 unt, quæ in diversis subjectis Menses & Hæmorrhoides  
 indirecte impellere solent, ita eadem ab abortum pro-  
 vocandum quadrant: Tali vero modo vel junior, vel paulo  
 adulterior foetus ad abortum compulsus, ut plurimum totus  
 flaccidus, tabidus & macilentus, nec non aut exarescentia,  
 aut

saut putredini pronior conspicitur; concurrit insuper distincta virium jaetura, aneps ipsius abortus sub ejusmodi languore successus, syncopes, pulsuum eximia debilitas, valde fetida uteri purgatio & manatio post abortum, pedum aedemotosa inflatio & pedissequa lenta aut hectico febris commotio, aliquando ulcus uteri, tabes totius corporis, vel pro ratione individuorum paralytia, aut parética consecutio, adeo ut longinqua mora requiratur, si ejusmodi personae aliquatenus convalescant.

## §. IX.

Nec desunt alia experimenta, aliisque modi, quibus Abortus excitari potest, ex quibus substantiae venenosae aut venenis propiores eminent, quae gravissimas alterationes & excedentes commotiones spasticas ac convulsivas causantur, adeoque non modo fœtui extreme infensa sunt, ejusque expulsionem accelerant, ut Roderic. a Castro l.c. Primeroius l.c. p. 291. medicamenta substantia venenata allegat, sed que interdum post abortum provocatum, ad fœminæ mortem contribuunt, qualem casum allegant Acta Berolin. Dec. 1. Vol. 2. p. 116. ita etiam Musitanus l.c. purgantibus horribibus in provocando abortu malignam tribuit qualitatem: Sennertus pariter l.c. venenata medicamenta vel a matre sumta, vel utero apposita accusat, quod abortum causentur: & tali ratione concitatus abortus, in fœtu abacto & ipsa fœmina ejusmodi Signa exhibet, quæ a venenosis causis provenire solent; ita porro malitiosæ fœminæ cum vaporibus, fomentis & suffumigis, uterinis locis admissis, ex acribus, salinis, causticis, adversis, stimulantibus, volatilibus, sulphureis, empyreumaticis, fetidis &c. paratis, quæ illa loca in nonnullis personis val-

de offendunt & vel *impetuosa*m humorum *congestionem* ad eadē excitant, vel liberū humorū *progressū* per illā impeditant, vel eadē admodū *stimulant* & ad vehementes *spasmos* irritant, ut ob *multiplices* rationes tandem abortus consequatur; hinc singuli medici, qui *Abortus* tractationē plenius commendarunt, etiam *vapores* tales adversos accusant, qui in certis fæminis *odorarū*, in aliis *suffimenti*s recensitī abactionem causantur: huc etiam referimus *clysteres* valde *acres* & *impetuosa*m ac *prodigiam* *olvinam* *dejectionem* inferentes, quos multi medici *mediis* *abortum* *promoventibus* annumerant: & quamvis hic modus provocandi abortum non ad *quaslibet* fæminas applicandus sit, tamen in *generali* hujus considerationis explicatione illius mentio injici debet: & talis modus provocandi abortum non modo *promptum* hujus successum promovet, sicut alias *fomenta idonea*, *congruo* modo adhibita, *legitimum* partum facilitant, sed & distinctam *hemorrhagiam* uteri conjunctam, *hysterica* pathemata, *largos* *affluxus* humorū & *intumescentias*, *uterina* loca attinentes, aut pro variatione mediiorum usurpatorum, *oppressum* *sanguinis* *fluxum* per *uterum*, indolentes *spasmos*, semi aut plene *inflammatorias* afflictiones, eximias *angustias* *præcordiales*, *ardores* *internos*, *colicam* *hysterica* *convulsivam*, motus *febriles*, aliasque *eminenter* morbosas calamitates, afferit: quo magis etiam ejusmodi suffimigia genitalia fæmina affecerunt, eo certius in iisdem *copiosi* humorū *affluxus*, indeque provenientes *stagnations*, *inflations* & pro subiectorum ratione acutae *congestiones* & *inflammaciones* occurunt: quæcunque enim hæc loca ullo modo *sensibiliter* *stimulant*, illa abortum

E

etiam

etiam facilius provocant, ob id *immodicus coitus*, sive pri-  
mis mensibus a fæminis *teneris*, *sensilibus* & valde *ple-  
thoraicis*, nec non in *prodigas* menstruas evacuationes  
pronis, aut *anomaliis* Mensium afflictis, aut ex *bæreditate  
præjudicioſa* qualitate in *Mensium negotio & connexis*  
officiis, præditis, sive aliis gestationis terminis commis-  
sus, *abortionem*, facile promovet, testibus *Roder. a Castro*,  
*Mercuriali*, *Sennerto*, *Musitano* locis cit. ut & *Mauriceau de*  
*morbis gravidarum Lib. 1. c. 26.* *Welsbio* in art. *obſter.*  
*Part. 2. c. 19. p. 378.* ubi Mercurialis & Welschius ratione  
termini quadammodo discrepant, dum ille ait: *Coitus*  
*multus, praesertim post septimum Mensem inter causas abor-  
tus etiam annumeratur*; hic vero ita differit: Es kan auch  
eine unzeitige Geburt verursachen der Beyschlaß, absonderlich  
in den ersten Monaten, wie wir oben in dem ersten Buch ges-  
agert haben: quæ posterior adseritio veritati valde confo-  
na est, dum in *primis Mensibus* ex *Mensium retentione*  
non modo moleſta & *suspecta* *plethora* generatur, sed di-  
ſtincta propensiō ad continuandas menstruas sanguinis e-  
vacuationes adest, quæ facile per ejusmodi *commotiones*  
*uterinorum locorum* irritatur: *Primerosius l.c. p. 291.* te-  
ſtatur, quod *Coitus* *gravidis maxime nocere* *aborrumque*  
*provocare* *poſſit*; *coitus enim fatus vincula rumpit*: *vel*  
*relaxat & recludit*, *uterum & fatum exagitat*, *musculos*  
*abdominis comprimit*: referimus *huc verba Marci Gerbe-  
zii in intricat. extricat. Part. 2. c. 20.* quæ etiam allegat  
*Schurigius in Spermatol. c. 5. p. 313.* *Certum est*, *frequentio-  
rem coitum* *saltem primis gestationis Mensibus* *eſſe inſecu-  
rum*, eo, quod teste *Sylvio*, *fere præcise*, *proper istam cau-  
ſam* *meretrices rarissime concipiunt*; *aut si concipiunt*, *ple-*

rum-

rumque ante tempus abortiant: Schurigii verba sunt: *Meditici nonnulli gravidas primis saltē duobus vel tribus Mensibus virorum confortia vitare jubent, eo quod præterquam in motu illo venereo facile Menses, aut plane etiam abortus concitaretur: Musitani in l.c. p. 484. verba sunt: veneris usus immoderatus, qui vel musculos abdominis comprimendo, vel ligamenta, quibus fetus utero innectitur, rumpendo, uterum agitando, vel vasa umbilicalia rumpendo vel uterum & fetus agitando, abortus causa esse potest: quæ verba Sennerti sunt: Mauriceau in aphorismis de graviditate aphor. 140. hujus perniciose immodi ci coitus efficacie gnaræ malitiose fœminæ, etiam hoc modo abortum confutio & ex proæresi promovere possunt; ad quam cau-  
sam sub judiciali inquisitione sedulo advertendum: tali modo concitatus abortus magnam genitalium muliebrium laxitatem, inflationem & molliriem, ut & rugositatem post se relinquit, quæ cum aliis circumstantiis conciliata, facilius crimen commissi abortus manifestat & indicat.*

## §. X.

Præter hactenus recensitos modos, *malitiose* provo-  
candi abortum, dantur adhuc plures e quibus nunc ar-  
ctam lumborum, hypochondriorum & abdominis deligatio-  
nem ac compressionem nominamus; quæ non modo libe-  
rum humorum progressum per has vias impedit, sed  
per consensum motus sanguinis progressivi in uterinis lo-  
cis similes turbas & æque præjudiciora impedimenta cau-  
satur, unde & utero & fetus magnæ offenses acci-  
dunt, quæ facile, etiam in robustis, tanto magis, sensibili-  
bus, teneris, valde plethoricis, arcto pectore & ventre præ-  
ditis, inque Mensum anomalias proclivibus fœminis abor-

tum causantur: quare periti viri valde strigentia & angusta vestimenta gravidis admodum infensa esse judicant: & haec malitia haud infrequens est inter suspectas fæminas, quæ vel ad occultandam in honestam *ingravidationem*, vel ad conceptionem suffocandam & avertendam, vel ad *abortum* provocandum corpus in prædictis regionibus nimium constringunt: quam ob rem in fæminis honestis *similia* vestimenta ad abortum *vitandum*, sollicite interdicuntur: quoad hanc observationem supra jam *Roderici a Castro* monita allegavimus: addimus adhuc non nullos, qui præter reliquam *suspectam* abdominis coarctationem, illas *assulas* *ligneas*, *ferreas*, quas *Planchettes* nominant, reprehendunt; de quibus causis ac modis cau-  
sandi abortum *Mujstranus* l.c. ita loquitur: *culpanda* *venit*  
*hic omnis compressio* & *constrictio* *abdominis*, *vel* *tboracis*:  
*binc male consulunt* *sua* *sanitati* *delicatulae* *fæmellæ*, *qua*  
*nescio* *qualem* *corporum* *gracilitatem* & *reclitudinem* *quaerunt*, *dum* *lumbos* *formant* *ad* *os* *usque* *coxendicis* & *quod*  
*ad* *duc* *magis* *reprobensione* *dignum* *pectoris* *laminis* *orichal-*  
*ceis*, *item* *ligneis* *sæpe* *suffulta* *gerunt*, *qua* *ad* *majorem* *ve-*  
*nustatem* *ad* *usque* *pudenda* *gestare* *non* *verentur*, *quia* *cor-*  
*pus* *ita* *constringunt*, *ut* *vix* *respirare* *potis* *sint*: *Hinc* *plu-*  
*res* *a* *sola* *vestium* *arcta* *constrictione* *abortus* *patiuntur*:  
conferantur reliqua notata digna monita: cum hisce con-  
sentiunt: *Primerosis* l.c. *Mauriceau* l.c. *Lib. I. c. 26.* *Dole-*  
*læus Encyclopæd. Med. Lib. 4.* *Burnetus in Thesaur. Proct.*  
*Lib. I. Sect. I.* *Franckenæ Satyr. med. XII. s. 7.* ubi plures  
allegantur authores: unde inter rusticanas fæminas jam  
*suspectum* est indicium, si quædam rationē vitæ ante aetæ  
suspectæ & malæ famæ plus solito arctius abdomen con-  
strin-

stringunt, de quibus dicunt, es sey nicht richtig mst ihnen, se  
 wollen es wieder weg schaffen, weg binden, weg schnüren &c.  
 Si itaque ex aliis indiciis quedam personæ in suspicionem  
 in honestæ imprægnationis ceciderunt, hoc etiam porro  
 sub certis circumstantiis abortum promotum detegere pot-  
 est: conferenda itaque sunt generalia præsumptæ ingra-  
 vitationis indicia, quæ quando subito evanescunt, sub  
 concursu huius observatae distinctæ & insolite abdominis  
 compressionis, tanto majori gravamine fæminam suspe-  
 ctam reddunt: ejusmodi fortiores abdominis constrictio-  
 nes & compressiones, facile vestigia stagnationum in eute  
 corporis matris indeque provenientes maculas & suggil-  
 lationes produnt, quæ cum reliquis signis collatæ facilius  
 præsumptionem de patrato abortu confirmant: hand vero  
 imperfectæ jungi & conciliari debent probationes, ut re-  
 ste monuit Caranza c. 16. n. 30. sed lucentæ & certæ, ac  
 ab eminenti ambiguitate liberæ; ex corpore enim delicti  
 ipso facile medici & obstetrices conspicere & pro certo in-  
 dicare possunt, an partus sit abortivus & plane immatu-  
 rus, an præmaturus, septimestris videlicet, aut octimestris,  
 ut propterea non necesse sit ex fallacibus, dubiis & æqui-  
 vocis signis, (qualia allegatus Caranza l.c. n. 20-28. profert,  
 sed pariter rejicit,) conclusionem formare: id vero postea  
 necesse erit eruendi causam abortus, an morbo an malici-  
 osa fuerit: Et quemadmodum juxta omnium medicorum  
 consensum affectus animi efficacissime abortum pro-  
 movent, ita ex iisdem potentissimum feligimus, Iras vi-  
 delicet, cuius potestate & influxu sicut fortuito abactio  
 concitari potest, ita sceleræ fæminæ gravidæ abortum  
 studio intendententes, deliberato consilio ac instituto crebriori-

bus & fortioribus rixis, iurgiis & iracundis commotionibus indulgere & ob vehementiorem sanguinis commotionem ac fortiorum spasmorum concursum actualem abortum provocare & experiri possunt ac solent; abortum talem ab ira ortum recentent *Muraltus in A.N.C. dec. 2. an. 1. obs. 100.*  
*& Sommerus ib. dec. 2. an. 2. obs. 62. an. 8. obs. 165. p. 393. conf.*  
*Mauriceau de graviditate apbor. 144. de abortu ex iracundia & terrore orto vid. Zittmann. Medic. For. Cent. 2. obs. 80.*  
 quam ob rem in sceminarum talium suspectarum progressos mores inquirere convenit, an videlicet eadem præter confutudinem sub graviditatem multarum rixarum authores fuerint & indignabundis contentionibus studiosam operam dederint: tali modo atque causa commotus abortus, licet præceps sit, tamen una valde dolorificos spasmos conjunctos tenet, ac comitatum gravissimæ Hæmorrhagia uterinæ complectitur: quare *Eyssonius de Ossibus infantis c. 4. §. 2. p. 102.* dicit: *caveant sibi matres gravidae a rixis,*

## §. XI.

Et dum *nimia corporis commotio* perinde *Abortum*, causatur, ita ex *proposito* sceleratae fæminæ *nimiis commotionibus* suum corpus offendere solent: allegamus *huc verba Welschii Part. II. c. 18. p. 376.* Die unmäßige Bewegung ist auch gar ein geweilt Mittel zum Unrichtig gehen: deswegen auch die Römer durch ein gewiß Gesetz verbothen, daß die schwangeren Weiber nicht haben durßen auf Rütschen fahren: in Betrachtung diese Bewegung, wie ingleichn das Laufen, Springen, Treppen auf und nieder lauffen u. d. gar offtmahls verursachen, daß es ihnen Unrichtig gehet: dieweil in dergleichen Bewegung der Leib der Schwangern eben auf diese Weise geschüttelt und gerüttelt wird, wie man sonst die Bäume zu schütteln pfleget, wann sie sollen ihre Früchte fallen end

lassen und Obst geben: Similem allusionem profert *Mercurialis Lib. II. de Morb. Mul. c. 1. de abortu: ut ergo fructus concussionibus, ventis decidunt, sic etiam fetus ex nimis motibus & percussionibus violentis, decidunt facile si violenti sunt motus etiam corrumpuntur: audiamus Primerosum l.c. p. 291. violenta omnis exercitatio, casus, iactus, risus, abortum videlicet provocant: idem judicat Rod. a Castro l.c. & Eystonius l.c. p. 99. ait: præterea a periculoſoribus sua corpora subducant operibus Mulieres, quæcunque satagunt probe conformata in lucem producere: ad periculoſorum autem operum censum pertinent validæ corporis extenſiones, temerariae contorſiones, violentæ concuſſiones, omnesque inordinatae actiones, quæ tenellis vim inferre queunt ossibus, sed etiam abortum concitatæ possunt ac solent, Musitanus l.c. p. 483. ita profitetur: Motus corporis quicunque nimius & violentus factum excutere potest, ut saltus; quo modo Psaltria apud Hipp. (conf. Lib. de Nat. Pueri f. 4. text. 9-22.) conceptum excusſit, gestatio, aut elevatio gravis ponderis, lapsus, cursus in equo, aut curru succutiente æctio, percussio ventris ac dorſi, abdominis compressio, ruffis magna, sternutatio &c. imprimis inter varia specimina præjudicioſi motus corporis predicti authores *Saltationem* accusant, quibus adjungimus *Sennertum* (cujus genuina verba *Musitanus* profert) *Ermullem* l.c. *Ammannum in Prax. Vuln. letal. dec. 1. hift 9. p. 133. Cæl. Rhodig. Lib. 15. c. 22. *Foreſtum Lib. 28. oſſ. 66. in Schol. Sibnaldum in Geneanthr. L. 8. tr. 2. c. 3. p. 701. Hollerium com. in Sect. 3. apb. 12. Hipp. p. 245. Burnetum in theſpract. Lib. 1. Sect. 5. p. 6. Pæckel de Crimine portus abatti c. 2. f. 33. p. 24. Mauriceau l.c. Heurnium de Morb. Mul. c. 7. p. 42. nec defunt exempla ubi per-*  
*cussio***

*cuffio violenta ventris abortum post se traxit: quo spectat  
observatio in Zocchia Tom. 3. cons. 47. n. 1. & A. N. C. dec. 2.  
an. 8. obs. 165. p. 393.* hisce præjudiciosis corporis & sanguini-  
nis commotionibus annumeramus *immoderatum ritem*,  
quem partim *prædicti authores*, partim *Welschius I. c.  
Part. 2. c. 17. p. 368-369.* (cujus verba sunt: Eben dergleichen  
ist von unmaßigen Lachen zu sagen, welches das Queer-Gell  
sehr beweget, und von demselben die in der Nähe liegende  
Mutter gestossen und getrieben wird: wodurch es dann einer  
schwangeren Frau leichtlich begegnen kan, daß es ihr Unrichtig  
gehe, und bezeugen diejenigen welche sehr und viel Lachen,  
daß sie allezeit darauf in der Brust unter den Rippen ei-  
nen sonderbahren Schmerzen zu empfinden pflegen,) & *Maur-  
riceau* cit. loco: & *in apor. de graviditate* 144. utpote *ab-  
ortus causam* accusant: Singulae haec commotiones stant  
sub potestate voluntatis ac arbitrii, quare a malitiosis fa-  
minis ita *augeri*, committi, exerceri & repeti possunt, ut  
*violentio iterum modo abortus* excitetur; nec durioris &  
*vilioris conditionis* fæminæ ita *induratae* sunt, ut ejusmo-  
di vim illatam eludere ac avertere queant, siquidem for-  
tiores ventris *contusione* ac concussiones æque in cute  
*maculas*, *vibices* & *stigmata* inferunt, quæ sub tempe-  
stiva inspectione facile conspicua sunt; & tales *violentias*  
abdomini illatas, ut plurimum distincta ejus *flacciditas*,  
*rugositas* & *mollities*, cum *internis humorum stagnatio-  
nibus* conjuncta, excipit: quod si vero ventris contusio-  
nes & violationes *minores* & *leviores* fuerint, tunc de  
illis valet judicium, quod *Barbolinus in Cista Medica Loc.  
28.* & ex eodem *Valentini in Corpore Medico Legali Pan-  
declarum Part. I. Sect. 2. cas. 19. p. 74.* proferunt, quod ex-  
perientia quotidiana satis demonstrat, *prægnantes fæminas*  
*sive*

sive pharmacis vehementioribus, sive ictu & verberibus sape male esse tractatos; breviteram posse, incolumes sanitare fetus vivos enixa; præterea clorum esse & manifestum, quod non solis verberibus, ictu, vel alia quacunque externa violencia fetus extinguitur, sed aliis interioribus potius causis &c. negandum itaque minus est, quod in aliis casibus fortiores violentiae, tanto magis repetito illatae ad abortum disponant; ubi subinde in fetu paulo majori, maculae quæ in ejus corpore reperiuntur, circumspecte cum afflita & exhibita violentia conciliari debent, quæ aliquando *imaginationis* virnituntur; de qua observatione multis locis authores egerunt; interea vero *externæ* violentiae nonnunquam ad *fætum* usque propagari possunt, ubi simul in ventre *externo* *gravidae*, in *substantia* uteri & dehinc ipso etiam fetu talia signa illata & perpetua violentiae, conspici & demonstrari possunt: hinc responsum a *Valentini* l.c. *cas. 20.* p.76. testatur, quod a vi extrinsecus ventri fætu rumenti illata, ictu vel contusione fetus emori possit: hoc ipsum vero tanto certius ac cirius contingit, quando ejusmodi violentiae *ominosa profluvia sanguinis*, sive *uterina*, sive *bæmorrhoidalia* simul excitarentur.

## §. XII.

Tandem adhuc nonnullas *causas* *abortus* allegamus, quæ æque ad *malitiosam* imitationem duci possunt: unde alii modi provocandi abortum innescunt: Multi medici russi forteriori tribuere solent, quod in quibusdam subjectis abortum causari queat, e quibus præc. *Welschium Part. 2. c. 17.* p.374. & *Mauriceau de gravid.* Lib. 1. cap. 26. allegant; hinc malitiosa fæmine arbitraria vehementi

F

&amp;

& frequenti tussi multum ad abortum voluntario contribuere possunt, qualis commotio æque & teneriori & majori embryoni præjudiciosa & variis respectibus uterum ad fœtus sui *abortionem* allucere valet & solet: hinc *Welschius* ait: Ein böser und langwieriger Husten, welcher durch starke Bewegung des mittlern Leibes und des darinnen befindlichen queeren Hellen leichtlich eine unzeitige Geburt verursachen kan: præc. si prædictæ qualitates in fæminis occurruunt, quæ faciliorem abortus provocationem admittunt: Porro multi medici longiori inedia & arctiori jejuno adscribunt, quod in certis & diversis subjectis *abortum* promovere & accelerare queat soleatque, e quibus commemoramus *Galenum* in comm. V. apb. 44. *Rodericus a Castro*, *Primerosium*, *Sennertum*, *Musitanum*, *Mauriceau loc. citatis*, *Welschium* l.c. cap. 18. p. 377. 378. *Eyffonium* l.c. p. 98. *Heurnium* l.c. p. 42. *Vesti* disp. de *aboritu* c. 3. §. 7. & juxta hanc causam malitiöse fæminæ *voluntaria* abstinentia a cibis, ac inedia se enervare atque ad *abortum* disponere & tali jejuno sceleratæ ejusmodi fæminæ & sibi & fætui necessarium alimentum subtrahere hunc infirmare iterumque *variom* ob rationem *abortionem* procurare proflunt; qualis *abortus* tali modo concitatus non modo ob personarum magnam enervationem sub multis *anomalis* motibus succedit, sed & turbulentum ac magis *iminutum*, sanguinis profluviū uterinum conjunctum habet, insuper etiam embryonem *exsuccum* & *talidum* complectitur, magnas *virium prostrationes*, *animi deliquia* &c. in consensem sumit. Allegatur præterea in A. N. C. Dec. 1. an. 2. obf. 62. casus de *aboritu a Singultu orto*: qui ipse modus æque *imitationi* obno-

obnoxius est, dum arbitrariis suspiriis vehementibus, profundis, ac multis abdomen cum magno præjudicio concitatitur: qua cum observatione conferimus verba *Welschii l. cit. cap. 17. p. 209.* Was das diese Geuspen betrifft, bin ich der Meinung, daß dieses die Ursach sey, warum es deswegen einer schwangeren Frau unrichtig gehe, weil sie so oft und in so geschwinder Eil, so stärtzen Othenm holen, daß derselbe so wohl der Mutter als dem Kinder schade, und die Geburth abtreibe. Præterea *Heurnius l. c. validas vociferationes accusat: Neque Sternutationis impetuose ac crebræ obliviscimur, quam multi medici causis, abortum excitantibus annumerant, vesuti Primetosus, Sennerrus, Sibaldus Geneantr. Lib. 10. rr. 3. c. 2. p. 849. Musitanus, Etmullerus locis cit. Vesti l. c. ff. 5. quare Hippocrates ad promovendum partum Scit. V. aphor. 35. Sternutationem commendat: quidni vero etiam flagitiosæ faeminae hujus causæ gnaræ sibi vehementes & frequentes sternutationes ad eundem finem provocare poterunt? ut propterea providi & periti Medici hujus modi provocandi abortum memores esse debeant: ex quibus singulis observationibus nunc affatim inclarescit, quam frequentes, intricati, astuti & occulti sint modi, quos medici sollicite indagare, perite conciliare & judiciose applicare debent: subinde in A. N. C. Cent. 4. obs. 167. violento modo provocatus abortus recentetur sub titulo: *abortus ab inserto in uterum acuto stylo, eoque embryonem trajepto, productus qualles violentia facile conspici & dijudicari possunt: denique cautela observanda est, ne retenti Menes cum Haemorrhagiis, abortum comitantibus, confundantur: conf.**

*P. Zac-*

P. Zaccarias Lib. 3. tit. 2. qv. 9. n. 4. Plura addere haud placet: provocamus ad differr. Dn. D. Præsidis de abortus noxia ac nefanda promotione, quæ nostram & nostra illam illustrabit. DEO Benignissimo humilimas agimus gratias, quod præsenti labori almo suo adiutorio adiustere voluerit: quem devotissimis flagitamus precibus, ut hæc & reliqua nostra instituta ex optato, fructuoso & salubri coronet.



01 A 6503



3

56





25

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO - FORENSIS,  
DE  
**ABORTUS VIOLEN-**  
**TI MODIS ET SIGNIS,**

*Quam*  
AUSPICE DEO PROPITIO  
*Ex Consensu atque Autoritate Gratiosae Facultatis Medicae,*  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**  
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CON-  
SILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ETC.  
DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotore suo omnibonoris cultu prosequendo,*

PRO GRADU DOCTORIS  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQVE CONSuetis  
ANNO MDCCXXX. D. OCTOBR..

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI  
SUBJICET

RESPONDENS  
**ZACHARIAS CONRADVS MUTH,**  
MOENO-FRANCOFURTENSIS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRIST HENDELII, ACAD. TYPOGR.